suum ut alteri se uiuente eo matrimonio sociat · ut eum
adulteret · licet fornicatus sit uir eius · sed iuxta apo
stolum aut uiro suo debet reconciliari · aut manere in
nupta · Ita ecclesiae non licet dimittere aut ab ea segre
gare episcopum suum · ut alterum eo uiuente accipi
at · sed aut ipsum habeat aut innupta maneat · Id est
ne alterum episcopum suo uiuente non accipiat · ut fornica
tionis aut adulterii crimen incurrat · Nam si adulte
rata fuerit id est si se alteri episcopo iunxerit · aut
super se alterum episcopum adduxerit · aut esse fecerit · uel
desiderauerit · per acerrimam poenitentiam aut suo
reconciliet ur episcopo · aut innupta permaneat ·

NON INFAMANDUM UEL EICIENDUM EPISCOPUM · AUT ALTERUM LOCO EIUS CONSTITUENDUM · EX EADEM EPISTOLA ·

Audiuimus enim quosdam a uobis infamatos et di
laceratos episcopos a ciuitatibus propulsos quia ali
bi episcopi constitui non possunt nisi in ciuitatibus non mi
nimis · et alios in eis ipsis uiuentibus constitutos · Ideo
hec uobis scribimus ut sciatis hoc fieri non licere ·
sed proprios reuocari · et integerrime restitui de